

Cantus Posterior

Auf den Spuren spätmittelalterlicher Gesänge

Ein internationales Lifelong Learning Projekt an der KUG

Samstag, 23. Mai 2015

19.00 Uhr, Franziskanerkirche Graz

Erste Vesper am Hohen Pfingstfest

**Grazer Choralschola (Choralschola des Instituts für
Kirchenmusik und Orgel)**

Leitung: Franz Karl Praßl



Dominica Pentecostes In Primis Vesperis

Juxta ordinem Salisburgensem
cum melodiis ex codicibus Cisalpinis desumptis

Pfingstsonntag

1. Vesper

*nach der (mittelalterlichen) Ordnung
des Salzburger Doms*

mit Melodien aus Handschriften nördlich der Alpen



UB Graz, Cod. 30, fol. 32v; St. Lambrecht 14. Jh.

Deus, in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc et
semper, et in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

O Gott komm mir zu Hilfe. Herr, eile mir zu helfen.

*Ehre sei dem Vater und dem Sohn und dem Heiligen Geist; wie im Anfang,
so auch jetzt und alle Zeit, und in Ewigkeit. Amen. Halleluja.*

1. Ant. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter dicentes: Alleluia.

*Als der Tag des Pfingstfestes gekommen war,
befanden sich alle zusammen an einem Ort und sangen: Halleluja.*

Psalmus 112

Laudate, pueri, Dominum, laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum.
A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus, et super cælos gloria ejus.
Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,
et humilia respicit in cælo et in terra?
Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem:
ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

*Lobet, ihr Knechte des Herrn, lobt den Namen des Herrn!
Der Name des Herrn sei gepriesen von nun an bis in Ewigkeit.
Vom Aufgang der Sonne bis zum Untergang sei der Name des Herrn gelobt.
Der Herr ist erhaben über alle Völker, seine Herrlichkeit überragt die Himmel.
Wer gleicht dem Herrn, unserm Gott, im Himmel und auf Erden,1
ihm, der in der Höhe thront, der hinabschaut in die Tiefe,
der den Schwachen aus dem Staub emporhebt und den Armen erhöht, der im
Schmutz liegt?
Er gibt ihm einen Sitz bei den Edlen, bei den Edlen seines Volkes.2
Die Frau, die kinderlos war, lässt er im Hause wohnen; sie wird Mutter und freut
sich an ihren Kindern.
Ehre sei dem Vater und dem Sohn und dem Heiligen Geist.
Wie im Anfang, so auch jetzt und alle Zeit und in Ewigkeit. Amen.*

2. Ant. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluia.

Der Geist des Herr erfüllt den Erdkreis, halleluja.

Psalmus 116

Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum, omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus,
et veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri...

*Lobet den Herrn, alle Völker, preist ihn, alle Nationen!
Denn mächtig waltet über uns seine Huld, die Treue des Herrn währt in Ewigkeit.
Ehre sei dem Vater...*

3. Ant. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et coeperunt loqui, alleluia.
Alle wurden vom Heiligen Geist erfüllt und begannen zu reden.

Psalmus 145

Lauda, anima mea, Dominum. Laudabo Dominum in vita mea;
psallam Deo meo quamdiu fuero.
Nolite confidere in principibus,
in filiis hominum, in quibus non est salus.
Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam;
in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius:
qui fecit cælum et terram, mare, et omnia quæ in eis sunt.
Qui custodit veritatem in sæculum; facit judicium injuriam patientibus;
dat escam esurientibus. Dominus solvit compeditos,
Dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elisos; Dominus diligit justos.
Dominus custodit advenas; pupillum et viduam suscipiet, et vias
peccatorum disperdet.
Regnabit Dominus in sæcula; Deus tuus, Sion, in generationem et
generationem.
Gloria Patri...

*Lobe den Herrn, meine Seele! Ich will den Herrn loben, solange ich lebe, meinem
Gott singen und spielen, solange ich da bin.
Verlasst euch nicht auf Fürsten, auf Menschen, bei denen es doch keine Hilfe gibt.
Haucht der Mensch sein Leben aus und kehrt er zurück zur Erde, dann ist es aus
mit all seinen Plänen.
Wohl dem, dessen Halt der Gott Jakobs ist*

*und der seine Hoffnung auf den Herrn, seinen Gott, setzt.
Der Herr hat Himmel und Erde gemacht, das Meer und alle Geschöpfe; er hält ewig die Treue.
Recht verschafft er den Unterdrückten, den Hungernden gibt er Brot; der Herr befreit die Gefangenen.
Der Herr öffnet den Blinden die Augen, er richtet die Gebengten auf.
Der Herr beschützt die Fremden und verhilft den Waisen und Witwen zu ihrem Recht. Der Herr liebt die Gerechten, doch die Schritte der Frenler leitet er in die Irre.
Der Herr ist König auf ewig, dein Gott, Zion, herrscht von Geschlecht zu Geschlecht.
Ehre sei dem Vater...*

4. Ant. Loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei, alleluia, alleluia.

Die Apostel verkündeten in verschiedenen Sprachen die Großtaten des Herrn, halleluja, halleluja.

Psalmus 146

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus; Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.
Ædificans Jerusalem Dominus, dispersiones Israëlīs congregabit;
qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum;
qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat.
Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus; et sapientiæ ejus non est numerus.
Suscipiens mansuetos Dominus; humilians autem peccatores usque ad terram.
Præcinite Domino in confessione, psallite Deo nostro in cithara.
Qui operit cælum nubibus, et parat terræ pluviam; qui producit in montibus fœnum, et herbam servituti hominum;
qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitum est Domino super timentes eum,
et in eis qui sperant super misericordia ejus.
Gloria Patri...

*Gut ist es, unserm Gott zu singen; schön ist es, ihn zu loben.
Der Herr baut Jerusalem wieder auf, er sammelt die Versprengten Israels.
Er heilt die gebrochenen Herzen und verbindet ihre schmerzenden Wunden.
Er bestimmt die Zahl der Sterne und ruft sie alle mit Namen.
Groß ist unser Herr und gewaltig an Kraft, unermesslich ist seine Weisheit.
Der Herr hilft den Gebeugten auf und erniedrigt die Frevler.1
Stimmt dem Herrn ein Danklied an, spielt unserm Gott auf der Harfe!
Er bedeckt den Himmel mit Wolken, spendet der Erde Regen und lässt Gras auf
den Bergen sprießen.
Er gibt dem Vieh seine Nahrung, gibt den jungen Raben, wonach sie schreien.
Er hat keine Freude an der Kraft des Pferdes, kein Gefallen am schnellen Lauf des
Mannes.
Gefallen hat der Herr an denen, die ihn fürchten und ehren, die voll Vertrauen
warten auf seine Huld.
Ehre sei dem Vater...*

5. Ant. Accipite Spiritum Sanctum: quorum remisistis peccata,
remittuntur eis, alleluia.

Empfanget den Heiligen Geist; wem ihr die Sünden erlasst, dem sind sie erlassen.

Psalmus 147

Lauda, Jerusalem, Dominum ; lauda Deum tuum, Sion.
Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem, et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo ejus.
Qui dat nivem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suum sicut buccellas : ante faciem frigoris ejus quis
sustinebit?
Emittet verbum suum, et liquefaciet ea; flabit spiritus ejus, et fluent
aquæ.
Qui annuntiat verbum suum Jacob, justitias et judicia sua Israël.
Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis.
Gloria Patri...

*Jerusalem, preise den Herrn, lobsinge, Zion, deinem Gott!
Denn er hat die Riegel deiner Tore fest gemacht, die Kinder in deiner Mitte gesegnet;
er verschafft deinen Grenzen Frieden und sättigt dich mit bestem Weizen.
Er sendet sein Wort zur Erde, rasch eilt sein Befehl dahin.
Er spendet Schnee wie Wolle, streut den Reif aus wie Asche.
Eis wirft er herab in Brocken, vor seiner Kälte erstarren die Wasser.²
Er sendet sein Wort aus und sie schmelzen, er lässt den Wind wehen, dann rieseln
die Wasser.
Er verkündet Jakob sein Wort, Israel seine Gesetze und Rechte.
An keinem andern Volk hat er so gehandelt, keinem sonst seine Rechte verkündet.
Ehre sei dem Vater...*

Capitulum - Kurzlesung

Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: et factus est repente de caelo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum, ubi erant sedentes.

Als der Tag des Pfingstfestes gekommen war, befanden sich alle Jünger beisammen am gleichen Ort; und plötzlich entstand vom Himmel her ein Brausen, wie von einem aufziehenden starken Sturm, und erfüllte das ganze Haus, in dem sie saßen.

Responsorium:

Spiritus sanctus procedens a throno Apostolorum pectora invisibiliter penetravit novo sanctificationis signo: Ut in ore eorum omnium genera nascerentur linguarum, alleluia.

V. Advenit ignis divinus, non comburens, sed illuminans, et tribuit eis charismatum dona. Ut in ore eorum...

V. Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto. Ut in ore eorum...

Der Heilige Geist kam vom Throne herab und erfüllte unsichtbar die Herzen der Apotel mit einem neuen Zeichen der Heiligung, damit sich in ihrem Mund alle Arten von Sprachen bilden konnten, halleluja.

V. Es kam das heilige Feuer, nicht um zu verbrennen, sondern um zu erleuchten, und verlieh ihnen die Gnadengaben des Geistes.

Damit sich in ihrem Mund...

V. Ehre sei dem Vater und dem Sohn und dem Heiligen Geist.

Damit sich in ihrem Mund...

Hymnus

1. Veni, Creator Spiritus, mentes tuorum visita,
imple superna gratia, quae tu creasti pectora.
2. Qui Paraclitus diceris, donum Dei altissimi,
fons vivus, ignis, caritas et spiritalis unctio.
3. Tu septiformis munere, dextrae Dei tu digitus,
Tu rite promissum Patris sermone ditans guttura.
4. Accende lumen sensibus, infunde amorem cordibus,
infirmi nostri corporis virtute firmans perpeti.
5. Hostem repellas longius pacemque dones protinus:
ductore sic te praevio vitemus omne noxium.
6. Per te sciamus, da, Patrem, noscamus atque Filium,
te utriusque Spiritum credamus omni tempore.
7. Gloria Patri Domino Natoque, qui a mortuis
surrexit, ac Paraclito in saeculorum saecula. Amen.

1. *Komm, Schöpfer Geist, kehr bei uns ein, besuch das Herz der Kinder dein: Die deine Macht erschaffen hat, erfülle nun mit deiner Gnad.*
2. *Der du der Tröster wirst genannt, vom höchsten Gott ein Gnadenpfand, du Lebensbrunn, Licht, Lieb und Glut, der Seele Salbung, höchstes Gut.*
3. *O Schatz, der siebenfältig ziert, o Finger Gottes, der uns führt, Geschenk, vom Vater zugesagt, du, der die Zungen reden macht.*
4. *Zünd an in uns des Lichtes Schein, gieß Liebe in die Herzen ein, stärk unsres Leibs Gebrechlichkeit mit deiner Kraft zu jeder Zeit.*
5. *Treib weit von uns des Feinds Gewalt, in deinem Frieden uns erhalt, dass wir, geführt von deinem Licht, in Sünd und Elend fallen nicht.*
6. *Gib, dass durch dich den Vater wir und auch den Sohn erkennen hier und dass als Geist von beiden dich wir allzeit glauben festiglich.*
7. *Dem Vater Lob im höchsten Thron und seinem auferstandnen Sohn, dem Tröster auch sei Lob geweiht jetzt und in alle Ewigkeit.*

V. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, alleluia.

R. Et coeperunt loqui, alleluia.

Erfüllt wurden alle vom Heiligen Geist, halleluja.

Und begannen zu reden, halleluja.



UB Graz, Cod. 30, fol. 31v; St. Lambrecht 14. Jh.

Ad Magnificat, Antiphona

Veni, Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende, qui per diversitatem linguarum multarum gentes in unitatem fidei congregasti. Alleluia.

Komm, Heiliger Geist, erfülle die Herzen deiner Gläubigen und entzünde in ihnen das Feuer deiner Liebe, der du durch die Verschiedenheit der zahlreichen Sprachen hindurch die Völker zur Einheit im Glauben versammelt hast. Halleluja.

Magnificat anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae:

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis et divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.
Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius in saecula.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum.
Amen.

*Meine Seele preist die Größe des Herrn,
und mein Geist jubelt über Gott, meinen Retter.
Denn auf die Niedrigkeit seiner Magd hat er geschaut. Siehe, von nun an preisen
mich selig alle Geschlechter!
Denn der Mächtige hat Großes an mir getan, und sein Name ist heilig.
Er erbarmt sich von Geschlecht zu Geschlecht über alle, die ihn fürchten.
Er vollbringt mit seinem Arm machtvolle Taten. Er zerstreut, die im Herzen voll
Hochmut sind;
er stürzt die Mächtigen vom Thron und erhöht die Niedrigen.
Die Hungernden beschenkt er mit seinen Gaben und lässt die Reichen leer ausgehen.
Er nimmt sich seines Knechtes Israel an und denkt an sein Erbarmen,
das er unseren Vätern verheißen hat, Abraham und seinen Nachkommen auf ewig.
Ehre sei dem Vater ...*

P. Dominus vobiscum R. Et cum Spiritu tuo.
Der Herr sei mit euch. Und mit deinem Geiste.

Oratio

Deus, qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Gott, du hast am heutigen Tag die Herzen der Gläubigen durch die Erleuchtung des Heiligen Geistes belehrt; gib uns durch denselben Geist wahre Weisheit und durch seinen Trost beständige Freude. Durch unsern Herrn Jesus Christus, deinen Sohn,

*der mit dir lebst und herrscht in der Einheit eben dieses Heiligen Geistes
Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.*

P. Dominus vobiscum R. Et cum Spiritu tuo.
Der Herr sei mit euch. Und mit deinem Geiste.

V. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.
V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.
R. Amen.

*Lasst und preisen den Herrn. Dank sei Gott.
Die Seelen der verstorbenen Gläubigen mögen durch Gottes Barmherzigkeit
ruhen in Frieden. Amen.*

Marianische Schlussantiphon

Regina celi laetare, alleluia. Quia quem meruisti portare, alleluia.
Resurrexit, sicut dixit, alleluia. Ora pro nobis Deum, alleluia.

V. Gaude et laetare Virgo Maria, alleluia.
R. Quia surrexit Dominus vere, alleluia.

Oremus.
Deus, qui per resurrectionem Filii tui
Domini nostri Iesu Christi mundum laetificare dignatus es:
praesta, quaesumus, ut per eius Genetricem Virginem Mariam
perpetuae capiamus gaudia vitae.
Per eundem Christum, Dominum nostrum. R: Amen.

*Freu dich, du Himmelskönigin, halleluja! Den du zu tragen würdig warst, halleluja,
er ist auferstanden, wie er gesagt hat, halleluja.
Bitt Gott für uns, halleluja.*

*Freu dich und frohlocke, Jungfrau Maria, halleluja,
denn der Herr ist wahrhaft auferstanden, halleluja.*

*Lasset uns beten. Gott, du hast die Welt gewürdigt, sich an der Auferstehung deines
Sohnes, unseres Herrn Jesus Christus zu erfreuen. Wir bitten dich, lass uns durch
seine Mutter, die Jungfrau Maria, die Freuden des ewigen Lebens erlangen. Durch
Christus, unseren Herrn. Amen.*